

63. *Spiritus est illud, quod vivificat, caro non prodest quicquam*) ad donandam vitam homini, & reliquas facultates vitales atque animales. (Ità) verba, quæ ego dico vobis, Spiritus sunt & vita sunt (per ἐν διαδυσίῳ,) i. e. funguntur vice Spiritus in vobis, ita ut vos spiritualiter mortuos, vitâ, quæ est ex Deo, beent, quare nolite concedere, ut caro vestra, quæ non intelligit quæ sunt Spiritus Dei, verbum meum suis metiatur principiis, sed potius vos illam mortificetis, atque illud verbum in vobis dominari & vires suas exerere patiamini, tum vobis reverà erit loco vitæ spiritualis: hoc enim infert vis vocum ex genio atque indole Lingvæ Sanctæ, ubi vita & Spiritus idem sonat quod vitâ spiritualis.

65. ἐκ) pro ἀπό vel ὑπό, à.

CAP. VII.

Verf. 16.

M*Ea doctrina non est mea*) i. e. non tam mea quàm Patris, comparatè non absolutè loquitur Christus. Conf. similem locutionem Matth. 10, 20. Vel: non tantùm mea sed & Patris. Joh. 14. 24. Est utilis & ad multorum Scripturæ locorum dilucidationem necessaria observatio apud Glass. in Gram. Sacr. p. 461. *Propositiones negative sapiùs sunt comparativæ, in quibus NON ἔλλειπτικῶς accipitur pro NON SOLUM.* Conf. Gen. 38, 28. Eph. 6, 12. Marc. 9, 9. 37.

23. ἵνα μὴ) ità ut non, hoc modo, eâ lege nè &c. non semper causam finalem infert, sed & eventum & conditionem certam, & significat adeò ut, ut ità, sic ut, daß also. c. 12, 38.

27.) Sed quid diximus, illum esse reverà Christum, novimus hunc, undè fit. Ἀλλὰ sæpè non nudam adversativam infert, sed etiam epanorthosin vel correctionem simul infert, & mutationem mentis ratione verborum antea dictorum vel concessorum.

28, καὶ) (1.) *utique, sanè, part: concessiva.* (2.) *Et quidem.* Act. 6, 9. Et insurrexerunt quidam ex Synagogâ, quæ dicebatur Libertinorum, & illorum *quidem* Cyrenæorum (ex Cyrænâ oriundorum) (3.) *Etiamsi, & licèt.* Act. 13, 28. Conf. Not. in Matth. XIII. 12.

39. ἔγω γὰρ ἦν πνεῦμα ἁγίον Casaubonus supplet ἐπαυτὸς.

41. γὰρ) (1.) *Ergo, igitur.* Illativa ut ἴ Num ergò ex Galilæa? (2.) *Enimverò, utique,* Joh. 9, 30. (3.) *Sed, autem.* Act. 13, 27. Μὴ) Nunquid? Num? An? 1. Cor. 9, 4. 8.

E 3

CAP.